

Vd
264



A. 12

B
P



O D E
 I N
 AVSPICATISSIMVM CONNVBIVM
 I N T E R
 SERENISSIMVM AC POTENTISSIMVM
 PRINCIPEM AC DOMINVM
 D O M I N V M
 C A R O L V M

HIEROSOLYMAE ET VTRIVSQUE SICILIAE REGEM
 INFANTEM HISPANIARVM ETC. ETC. ETC.

E T
 SERENISSIMAM PRINCIPEM AC DOMINAM

D O M I N A M
 M A R I A M A M A L I A M

REGIAM PRINCIPEM POLONIAE ET SAXONIAE

DECANTATA
 I N T E R C O N C E N T V S M V S I C O S
 C V M S O L E N N I I L L V D
 I N T E M P L O A C A D E M I C O O R A T I O N E
 C E L E B R A R E T V R.

L I P S I A E
 L I T T E R I S B R E I T K O P F I A N I S.

M,
 if-
 n-
 e,
 s,
 er
 ur
 s,
 i-
 li-
 e-
 I-
 D-
 is
 t,
 M,
 M
 M,
 a,
 us
 I-
 us
 it
 00
 it
 3
 A



Latonae amatae progenies Ioui,
Apollo, rupis Pieriae decus
Regale, cui Delphi atque Delos
Cum Patara Tenedoque sacrae,

Adesto, Daphne semper amabili
Cirros reuinctus, muneris et tui
Affer lyram, ac tenta loquaces
Pectine nobiliore chordas,

Quo concinisti lampada Pelei
Quondam iugales et Thetidos faces,
Quas ordo per tempe Deorum
Thessaliae celebravit omnis.

PRINCEPS secundo nubit AMALIA
Regalis ortus fidere CAROLO,
Cui seruiunt foecunditate
Trinacriae iuga laetioris.

Latona quali perplacuit Ioui
Forma tonanti, quae Veneri fuit
Vultus et oris, quum veniret
Iudicem ad Idalium, venustas,

Talis MARIAE SAXONIS emicat
Inter puellas gratia regias,
Quas non magis natu colendas
Quam facie veneratur orbis.

O TE leuatum sideribus caput,
Trinacriae REX CAROLÈ, cui datur
Tanti decoris SPONSA, tantis
Nata PARENTIBVS atque gente.

Huc concitato pergite, Gratiae,
Gressu, venustae, ducite dexteris
Iunctis choreas cum Camenis,
Flumine Acidalio lauatae.

Cesset Cyclopum, Mulciberi suo
Quo tela sudant, horrificus labor,
Incude missa, saltet inter
Iubila maxima gens agrestris.

Hyblae rosetis se cito vestiat
Vertex, thymoso melleque repleat
Cellas, odoratis maritas
Muneribusque faces coronet.

Pulsate terram, Trinacrii, pede
Non impedito, tollite, Saxones,
Io Hymen, voces sonantes,
Dicite, Io Hymenaeae, iuncti.

Maiores, Musae Sicelides, lyrae
Maiores vobis carmina nuptiis
Faustis MARIAE CAROLIQUE
Iam veniunt recinenda plectro.

Compacta agrestes mittite fistula
Pastorum amores atque Amaryllidos
Cantare, nec versus myricas
Maenalii modulentur imas.

*Doctum fatiget Thracia pollicem
Testudo, cantu Pindarico melos
Sublimius per florulenta
Sicaniae sonet arboreta.*

*Sceptro beatæ BORBONIAE nouo
Genti dicatur connubio domus,
Quæ SARMATIS, quæ præpotenti
SAXONIBVS folio refulget.*

*Nunc alma fundet Trinacriae solis
Plenas aristas fertilibus Ceres,
Nunc rupe pendentes capellæ
Vbera lacte ferent repleta.*

*Campana moesti Nyctelio mero
Vitis repellet nubila pectoris,
Sudabit Hyblæis et ilex
Roscida mella apibus coacta.*

*Aurata NVPTAE, Parthenope, NOVAE
REGALIS AEDIS pande palatia,
Conchyliis lectum coruscum
Assyriis redimi coronis.*

*I, spes parentum, i, Saxoniae decus,
MARIA fatis, quo reuocant, bonis,
Regisque inoffenso penates
Sicaniae pede tange dios.*

*Da fata taedis, promuba, foedere,
Iuno, maritis da stabili optima,
Parcae NOVIS NVPTIS tenore
Ducite de meliore fila.*

Pon Vol 264, FK

ULB Halle 3
004 150 074



56.



EM, REGINAM,
s, tanquam auspiciatiffi-
uotissime venerabun-
m laetitia publicae,
is inhiantibus illatos,
cendendos, feliciter
amur. Venite igitur
Reipublicae Proceres,
acellum Templi Ni-
Academicum, audi-
publicorum interpre-



1

O D E
I N
AUSPICATISSIMUM CONNUBIVM
I N T E R
SERENISSIMUM AC POTENTISSIMUM
PRINCIPEM AC DOMINVM
D O M I N V M
C A R O L V M
HIEROSOLYMAE ET VTRIVSQUE SICILIAE REGEM
INFANTEM HISPANIARVM ETC. ETC. ETC.
E T
SERENISSIMAM PRINCIPEM AC DOMINAM
D O M I N A M
M A R I A M A M A L I A M
REGIAM PRINCIPEM POLONIAE ET SAXONIAE
DECANTATA
I N T E R C O N C E N T V S M V S I C O S
C V M S O L E N N I I L L V D
I N T E M P L O A C A D E M I C O O R A T I O N E
C E L E B R A R E T V R.

L I P S I A E
L I T T E R I S B R E I T K O P F I A N I S.

